



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

23. In illo die accesserunt ad cum Sadducæi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

23. In illo die accesserunt ad eum Sadducei.

NO T A T hoc loco Calvinus contra Catholicos, quasi præuentione vsus, quod contra se & suos optimo iure notandum esse aduertit. *Hic (inquit) videmus vt Satan impios omnes, quibus alioqui pessime inter se cõuenit, ad oppugnandam Dei veritatem simul colligat. Nam quum duabus istis sectis hostilis esset dissensio (Pharisæis & Sadducæis) tamen aduersus Christum conspirant. Ita hodie videmus omnes Satane copias, quamuis alioqui aliæ alijs contrariae sunt, vndique tamen in Christũ insurgere. Verissima hæc sunt, & in omnibus hodie hæreticis ac sectarijs, qui omnes vnanimiter contra Catholicam doctrinam scriptitant, prædicant, verbo & calamo pugnant, verissimum esse conspicitur: quod & nos alio loco latius ostendimus. Sed Calvinus scabiæ ac turpitudinem suam ac suorum alijs affricare vult. Air enim. *Et tam infesto odio flagrant Papiste contra Euangelium, vt Epicureos, Libertinos, & alia huiusmodi portenta libenter foueant, modò ad illud labefactandum vtantur his adiutoribus.* Mutato nomine, de te, de quæ tuis, Caluine, fabula narratur. Epicurei & Libertini quos nominat Calvinus, quales homines sint, aut quos illa nomina perstringant, diuinandum lectori relinquit. Quomodo Ecclesia Catholica huiusmodi portenta foueat, aut quomodo illis adiutoribus contra Calumismum, quem Euangelium hic vocat Calvinus, Catholici vtantur, nihil explicat, nihil dicit. Sicuti dolosi versantur semper in generalibus, & quum certa criminis species deficit, in genere debacchantur improbæ meretriculæ: sic Calvinus hoc loco nec à maledicendo temperare sibi potuit, quia improbus est; & non nisi*

In Prõpt.
Moral.
Dom. 22.
post Pen-
tec. tex. 2.
Calvinus
suam sca-
biem alijs
affricat.

nisi in genere maledicere voluit, quia dolosus est. Clarum autem est, totique mundo notissimum, contra vnam Catholicam Ecclesiam, eiusque fidem sacrosanctam, antiquam, Apostolicam, omnes hodie quasunque sectas, Calvinistas, Lutheranos, Anabaptistas, & quosuis alios operosissimè scribere. In Anglia contra solos Catholicos tam Caluino-Papistæ, vt à Puritanis vocantur, quàm Puritani, Superilluminati, & alia sectæ, persecutionem acerbissimam mouent, fouent, & accendunt. Cogimur in scriptis nostris pro fide orthodoxa, modò Lutheranorum, modò Calvinistarum, modò Caluini, Bezæ, Musculi, modo Chemnitij, Melanchthonis, Magdeburgensium argumenta soluere, maledictis respondere, mendacia deregere. Nunc bonus Caluinus ne hanc suam & suorum, turpitudinem in hac Phariseorù, Sadduceorù, & Herodianorum contram vnum Christum pugna quisquam aspiceret, auertit lectoris oculos ad vmbas quasdam à se confictas Epicureorum & Libertinorù, qui vnà cum Catholicis Principibus, Pastoribus, ac Scriptoribus, Caluini cacægelion infesto odio persequuntur.

24. *Magister, Moyses dixit, Si quis mortuus fuerit non habens filium, &c.*

OBSERVARE hoc loco licet, omnes veritatis hostes contra ipsam veritatem testimonia veritatis obtendere. Putauit sibi hoc obseruandum Caluinus, vt, dum alios accusat, sese ab eodem crimine immunem esse persuadeat. Ait enim. *Sic impij omnes ac heretici calumnias fabricant, quibus deformant veram pietatis doctrinam, ac pud faciunt seruos Christi.* Nec generali hac veraque obseruatione contentus, addit. *Imò Papi-*

Caluinus suum crimen alijs irapingit.